



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli  
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1561**

**VD16 M 2618**

Reus erit corporis et sanguinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36296**

mutuae dilectionis inter coniuas, ut Anabaptistæ dicunt.

Est & haec particula insignis, quod hunc ritum seruari iubet, donec Christus uenerit. Haec uerba sunt perspicuum testimonium, Deum semper in hac uita usq; ad resuscitationem mortuorum seruatum esse Ecclesiam, publicum ministerium Sacramentorum, publicos congressus, & aliqua Ecclesiarum hospitia. Haec dulces consolationes in hac breui particula continentur.

Ἐνοχος ἐσαὶ τῷ σῶματες οἱ θάματα.

*Reus erit corporis et sanguinis.*

Magnitudinem peccati in abuso co*œ*-  
to, hunc  
, quoniam  
& quoniam  
iculorum  
us nou-  
non est la-  
tem, cum  
eri legan-  
oluntan-  
eremonia-  
mumur  
In e Domini describit, cum ait, abutentes reos esse corporis & sanguinis, id est contumelia afficere corpus & sanguinem Domini, sicut latrones crucifigentes Dominum contumelia eum afficiebant. Et gradus sunt. Contumeliae sunt, cum profani accipiunt propter consuetudinem, si ne poenitentia & sine fide petente remissionem. Sed maiores contumeliae sunt, cum fingitur usus esse Sacrificium, quod mereatur alijs. Item cum confertur in quaestum,

K & mu-

I. EPISTOLA AD

& mutatur in Idolum. Propter hæc horrenda peccata, multis ingentibus calamitatibus, bellis & uastationibus totæ gentes puniuntur, & hi qui non agunt poenitentiam, opprimentur æternis poenis. Omnis autem Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut Ecclesiam suam liberet ab omnibus erroribus & Idolis, lumen ueritatis, ueram inuocationem, ueros cultus accendat.

Ἐπι τῷ ἔαυτὸν διεκρίνομεν, οὐκ ἐπὶ<sup>τό</sup>  
ἐκρίνομεθα.

*Si nos ipsoſ indicaremuſ, non  
indicaremuſ.*

**H**Aec sententiam Monachi ad satisfactiones transtulerunt. Sed manifesta concio est de tota poenitentia. Simul culpa & poena æterna propter Filium Dei gratis remittuntur, iuxta illud: O mensa mors tua, & pestis tua o inferne. Item Qui credit in Filium, habet uitam æternam.

Deinde uerum & hoc est, praesentas poenas propter totam poenitentiam mitigari uel tolli, ut testatur historia Ion.